

N. 33.

A. D. 1047.

(gennaio, Indiz. XV).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Gaudius cler. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,58 1/2, largh. 0,33. Esistono tre fori orizzontali, per i quali passava la striscia di pergamena che reggeva il suggello.
<i>Scrittura</i>	Corsiva nitida con molta tendenza alla minuscola.
<i>Contenuto</i>	Divisione di alcune case, accompagnata da minuta enumerazione di patti, fatta tra' due fratelli <i>Maio</i> e <i>Maraldus, f. Romani</i> , di Bari.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.
<i>Osservazioni particolari</i>	Esiste un'altra carta perfettamente simile a questa (cm. 70 × 22); mentre nella prima i patti della divisione son detti da <i>Maio</i> , nella seconda gli stessi patti son ripetuti per bocca di <i>Maraldus</i> . In questa seconda però non c'è traccia di suggello.

In nomine domini nostri iesu christi. Quinto anno imperii domini Constantini monomachi mense ianuario quintadecima indictione. Ego Maio f. Romani de civitate Vari. Qualiter iunximus in convenientia cum Maraldus fratri meo. Et divisit ille inter me et se tote casis et curte quas commune usque nunc abuimus in hac civitate Vari et fecit ex ille duas sortiones. Et postquam divisit ille casis et curte inter me et se in duas sortiones dedit ille michi protimisi eligendum et tollendum michi unam ex ipse sortiones qualiter michi placere. Ego quidem Maius elexi et tuli michi ex ipse due sortiones unam qualem michi complacui. Et ipse fratri meo illam michi per fustem tradidit secundum continentiam de scripto meo quod exinde factum abeo. Reliqua vero sortio ego illam tradidi ipsius fratri meo. Ante presentia Nikolao imperiali domestico et Iohannes imperiali spathario candidato et Kaloleone imperiali domestico et aliis nobilibus subscriptis testibus. Est autem sortio quod ego ipsius fratri meo in sorte tradidi istam nominatibe. In primis tradidi tibi nominato Maraldo fratri meo in tua sortione tota et integram casam vetere orreata maiore subtus et supra qualiter nobis est pertinente cum scala petrinea ante illa sicut est laborata absque uno gradu ex eadem scala de subtus quod tu michi dedisti in sorte ut scribnum meum continet. Quam et tradidi tibi in sorte tote arcora subtus et supra qui sunt coniuncte cum eadem casam vetere. et cum casa noba. Et de predicta casa noba tradidi tibi in sorte integram tertiam partem subtus et supra ipso capite a pars meridie. et a pars ex ipse arcore (*sic*). Et michi venit relique duo partes ex ipsa casa noba in pars septemtrion suptus et supra. Ita ut mensuremus tota iamdicta casa noba ab intus ad azza et ponamus azza in medio de ambo ipsi pizzuli. Et ubi complet duo parti ex predicta casa noba abeam ego et mei heredes. Reliquam tertiam partem ex predicta casa noba abeam tu et tui heredes subtus et supra ipso capite a pars meridie. Sic vero ut mittamus inter nos parietem ad petre et calce intus in predicta casa noba infra ipsa tertia tua et infra ipse due parti mee. dandum vos a parte vestra tanta terra. et nos a nostra parte tanta et mittamus nos et vos infra nos pariete de omni ordine et expendio commune. Et fiat parietem ipsum semper

inter nos commune. mittendum parietem ipsum inter nos a terra et usque ad tectum. Aqua autem nostra recipiamus nos in curte nostra et vos recipiatis aqua vestra in curte vestra. Et de ipsa curte tradidi tibi in sorte per longum a cantone de predicta sortione tua ex
30 ipsa casa noba ab unde ego volo volbere arcum. in quantum est curte ipsa ab inde usque in iamdicta casa tua vetere per longum. et per latum quantum est ab ipse arcore tue et usque in iamdicto scalionem petrinie. Hec prescripta sortio de iamdicta casa vetere et arcore et de predicta casa noba et curte et scali sicut supra legitur. Dedi et tradidi illam tibi
35 nominato Maraldo fratri meo una cum superiora et supteriora sua. et cum omnia sua pertinentia. Sic omnibus illos tibi tradidi in sorte qualiter fuit pertinente eidem genitor noster cum trasito et exito proprio a pars de ipsa stricta qualem nobis est pertinente. Amodo fiendum in potestate tua et de tui heredes, tenendum dominandum et omnia exinde faciendum ut volueritis sine requisitione et contrarietate mea et mei heredes. Et ego vel mei heredes amodo in antea nullo tempore abeamus licentiam tibi et tui heredes sortionem
40 ipsam levare et retornare seu contrare. et aliquid subtrahere per nullam rationem. Nec aliam divisione exinde querere facere per nullum ordinem. Et stetit inter nos ut vita quo vixerit Gemma genitrice nostra tenere illa in sua potestate integram medietatem de iamdicta casa vetere qui tibi venit in sorte suptus et supra cum scala petrinea ipsam medietatem a pars de iamdicta scali et non abeat potestatem ipsa matre nostra exinde iactare
45 aut iniustum et sine ratione faciatis. Post eius discessum debent casa ipsa in vestra potestate. Quam et hoc stetit inter nos ut ego predictus Maio et mei heredes licentiam abeamus volbere uno arco a predicto cantone de iamdicta casa noba ex ipsa tua sortione ex predicta casa et volbere arco ipso super eadem curte mea et comprehendere unum gradum de scala tua petrinea. et intimpaniare arco ipso et laborare super eum pariete ad altum
50 ut per nullum ordinem inter nos aspiciamus. Et fiat parietem ipsum proprium meum et de heredes meos semper abendum ex illo omni tempore pizzulo. Et si voluerimus nos amodo dum viva fuerit ipsa Gemma genitrice nostra facere arco ipso et laborare sicut predixi, licentiam abeamus illum facere quando voluerimus. Post obitum vero genitricis nostre de presente ego et mei heredes volvamus arcum ipsum et timpaniemus illum et laboremus
55 super eum parietem ad altum ut per nullum ordinem inter nos aspiciamus. et nullam aperturam in parietem ipsum faciamus unde in pars vestra aspicere possamus nec per apertura nec per astrago nec per nullum ordinem vel ingenium possamus aspicere a pars nostra in vestra parte aliquando, et fiat parietem ipsum semper nostrum proprium. Nam parietem qui est de ipsam tertiam tuam ex predicta casa noba a pars de curte mea sit semper inter
60 me et te et heredes nostros commune mittendum in eum a pars nostra capora de travi. et recipiendum nos semper gutta de ipsa pariete in proprio nostro sibe per canale sibe quomodo voluerimus sine lesione ex ipso pariete et nullam aperturam abeat in ipsa tertia vestra ex predicta casa noba in pars de ipsa curte mea nec subtus nec supra. Unde et

bona mea voluntate ego qs. Maio guadium tibi nominato Maraldo fratri meo dedi et me-
 diatorem posui Petrus f. Elia imperiali turmarcha de predicta civitate Vari. Eo tinore ut 65
 ego et mei heredes omni tempore stemus in ista convenientia et divisione et sortionis tra-
 ditione et omnia predicta de ea tibi et tui heredes faciamus et adimpleamus sicut superius
 est per ordinem intimatum. Et si taliter nos vobis omnia predicta sicut per ordinem dicta
 et scribta sunt supra facere et percomplere voluerimus et de divisione ista exire voluerimus
 et in aliquo eam mutare quesierimus. Et in causatione vel per legem vos exinde miserimus 70
 pro quibuscunque ingeniis obligo me et meos heredes dare tibi et tui heredes penam cen-
 tum solidi boni aurei. et alii centum solidi in domnico. et non dicamus penam ipsam non
 est usum levandi, set invitis illam demus qualem usum fecisset se levare et omnia vobis
 faciamus et adimpleamus sicut superius est intimatum invitis. Per districtum ipsum me-
 diatorem qui tibi et tui heredes dedit licentiam pignerare se et suos heredes per omnia 75
 pignera legitima et inlegitima sine calumnia quodcumque illis ubicumque inbeneritis donec
 faciamus nos adimplere vobis omnia predicta sicut superius dicta et scribta sunt. Et ut
 dixi mensuremus iamdicta casa noba ad azza da intus tota ab uno pizzulo in alio absque
 ipsi pizzuli et ubi complet duo parti ex eadem casa noba abeam ego et mei heredes. reli-
 quam vero tertiam ex iamdicta casa noba abeas tu et tui heredes mittendum inter nos 80
 parietem sicut supra legitur. Et hunc scribtum scribsit Gaudius clericus et notarius qui
 interfuit.

† Νικολαος μαρτυροσ υπεγραψα.

† Καλολέο δομεστικοσ μαρτυρον υπεγραψα ιδεια χειρι.

† Πετροσ Ιωαννου σπαθαριοσ κανδιδατοσ υπεγραψα

† Ego Leo testis sum.